cassat mortificat et annihilat praesentibus sibi suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Idem Eidem Debet

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrens. Capitaneal. Premysliens. Generosus Ludovicus Choynacki sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et
972 competentibus recedendo praesenti vero Castrens. Capitaneal. Premysliens. Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generoso Alexandro Kahuowski et eius posteris summam Mille septingentorum florens. polon. monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum Grossis Triginta polon. computando et numerando certi veri iusti et liquidi debiti mutuataeque apud ips. per se Recognoscentem pecuniae tenetur atque debet, Quam quidem summam suprascriptam Mille Septingentorum florens. polon. idem suprascriptus Recognoscens Generosus Ludovicus Choynacki se suosque Successores in et super bonis suisque generaliter omnibus haereditarijs et obligatorijs mobilibus et immobilibus, summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis suprascripto Generoso Alexandro Kahorowski Creditori suo eiusque posteris hinc et ab actu praesenti prodie et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio proxime et immediate ventura Una cum provisione per florenos decem a quolibet Centum assignando realiter et in effectu soluturum, et coram officio Actisque praesens Castrens. Capitaneal. Premysliens. repositurum et relicturum repositamque et relictam rursus ab eodem officio non

ssidentisu usurum nec arrestaturum vel quovis alio modo ... tionem summae eiusdem impediturum et impugnaturum in scribit et obligat praesentibus sub vadio similis summae mille sexingentorum florenorum polonicorum per eundem Recognoscentem sive eius posteros supramemorato Creditori suo vel eius successoribus ob non solutionem summae suprascriptae et provisionis pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac prout a ligna principali expraemissis non completa complenda summaque ipsa principali et provisione non soluta solvenda Citatque ex ... memoratis recognoscens Generosus Ludovicus Hoynacki sive eius successores ad instantiam praefati Generosi Alexandri Hahnowski Creditoris sui vel eius posterorum ad officium praesens Castrensis Capitanealis Premysliensis extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare sui parere respondere vadium praefatum lueve inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari vad munimenta ad exercitum vel alys quibus dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus, fatalys Iuris praescriptione, Fori bello conventiones ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione praemissa omnia

mediante